

antedictis in hunc modum:

A. Dei gratia florentie potestas nobi-  
libus viris dominis de Martennano  
salutem et honeste vivere. Querelam  
contumelias plenam et dolore non  
vacuam recepimus continentes quod  
cum mercatores urbeveterum cum bestiis  
et rebus aliis per districtum nostrum  
seuere transirent vos contempnentes  
dominium nostrum contra iustitiam  
de omnibus expoliastis eosdem prece-  
ptorum iuris non recordantes. Cum  
igitur deceat sapientes libenter suf-  
ferre insipientes dimittimus ultio-  
nem vobis per presentia scripta  
mandantes <sup>quatenus</sup> quod vel restituere  
debeat ablatum vel per vos vel per  
aliquem vestrum omni auctoritate  
manitum non differre <sup>vel</sup> venire si  
de iure confiditis obiectis ratio-  
nabiliter responsuri.

Qui litteras derisorie quasi reci-  
pientes dixerunt se nolle de novo  
alicuius ditioni subicere nec esse